

*Dorsum meum dedi percutientibus.*

Léctio libri Isaíæ prophétæ

50, 5-9a

- <sup>5</sup> **D**óminus Deus apéruit mihi aurem;  
ego autem non rebellávi, retrórsum non ábii.
- <sup>6</sup> Dorsum meum dedi percutiéntibus  
et genas meas velléntibus:  
fáciem meam non avérti  
ab increpatiónibus et sputis.
- <sup>7</sup> Dóminus Deus auxiliátor meus;  
ídeo non sum confúsus,  
ídeo pósui fáciem meam ut petram duríssimam  
et scio quóniam non confúndar.
- <sup>8</sup> Iuxta est qui iustíficat me;  
quis contradícet mihi?  
Stemus simul.  
Quis est adversárius meus?  
Accédát ad me.
- <sup>9a</sup> Ecce Dóminus Deus auxiliátor meus;  
quis est qui condémnet me?  
Verbum Dómini.